Illustrissime et Excellentissime Domine
Domine Observandissime, 157

N.o 24

Retardati insuccusque adventus mei ad Sacram Regiam Majestatem, nulla alia fuit causa quam contraria valetudo mea, quae et ita continuat adhuc ut in modernis Lipsiensibus Nundinis spe accipiendae aliquae à Ministris Regiis ad rationem mutui mei pecuniae, contra propositum meum, esse nec dum etiam possim, omnibus interim allaborans viribus quo jamjam qualiter etiam sanitas mea constituta sit, iter auxiliante Divino Numine his aggredi diebus valeam, nihilque velocitatem ejus remorabitur, nisi fortè per aliquas septimanas thermarum usus quem omnes omninò Medici in citiorem restituendam suadent valetudinem, illud differret, quam tamen exiguam moram, confidens in constantissimo Illrmae Vrae Excellentiae benevolentiae affectu, firmissimè credo nullum negotiis meis illaturam praejudicium, verum

prævalentibus suis benignis remonstrationibus, ...
permansura in antiquo statu usq proximis ipse ...
venerim, atq S. R. Mtem Dominum Nostrum Clem...
tissimum, quandoquidem testante S. Careæ Mtis ...
claratione, nuper die 23. Aprilis in literis meis Ill...
Vræ Excellentiæ transmissa, Cui dispositio relinquit...
Administrationis Curlandicæ; haud concessuram ...
tationes aliquas in Curlandia, quas quidem omni...
intentare conantur ibidem modis, taliter ut prop...
rigorosas nimiasq observationes atq visitationes ...
stæ, per multum jam tempus, scribere aliquis ad ...
non audet, nuntiaturq exinde, Supremum Ducal...
Secretarium, Nobilem Joannem Christianum Höl...
excogitato â Malevolis aliquo prætextu, in ca...
Moschovitica ad Rigam, violenter esse de...
ctum arrestoq ibidem detineri, quæ omnia it...

fiunt promotione ex auxilio Externæ Potentiæ
in summum præjudicium S. R. Majestatis totiusq
Reipublicæ missis nocendi scitu quovis obviandum modo, dexteri-
tas zelusq custodiendorum jurium Illmæ Vestræ
Excellentiæ certò certius mihi pollicetur, Quam
insimul enixè rogo, Autoritate S. R. Mtis atq be-
nignissima promotione sua, quo nominatus Supre-
mus Secretarius Hölber, ex arresto dimittatur ad
suos, liberumq illi sit defendere causam suam, ef-
ficere dignari, mihiq Vratislaviam in Posta, respon-
sione sua ad hasce, amicissime nuntiare velit, ubi
Sacram Regiam Majestatem invenire ac in adora-
tionem Majestatis quantocijus advenire potero
qui de coetero inter optimos rerum successus
cunctasq prosperitates, Illustrissimam Vestram
Excellentiam quam optimè valere animitus opto,

Dux Curlandiæ Erfurt
d. 18 Maj 1710

160.

ejusq immutabili amicitiæ summè æstimabili
commendo, omni reciprocorum exhibendorum offi-
ciorum promptitudine, incessanter maneo,

Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ

Monseigneur
de Votre Excellence
le tres humble et
obligé Serviteur

Erffurti d. 18. Maij
ao 1710.

Ferdinand Duc
de Curl